St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Defecimus enim dictum est · humana infirmitate fatigati ⁊ conturbati sumus · cogitatu mortis formidine · quam metuebant iudei · propter debitas ultiones ⁊

Breuitatem uitę humane dicit · per iram dñi peruenisse · Nam quod dicit omnes dies nostri defecerunt · ad annos pertinet minutos · Quod autem sequitur · et in ira tua defecimus · ad tribulationes erumnasque respicit · quas in ipsa uitę paruissima sustinemus ⁊

Licet hoc secundum historiam debeat uitę humanę uitę non incongrue accipi debeat · Tamen uterq; numerus · ad spiritalis sacramento nouato ⁊ Septuagesimus denique numerus · legem ⁊ octuagesimus · euangelium signat · quisquis enim hic legis præceptu et euangelice institutionis excedit · Labori in præsenti · et dolori in futuro implicat ⁊

Nam sicut premadmodum plenissime nequeunt intellegi · hic ne mensura uindictę pualet adphendi · Bene additur · pro more · ut ē considerauit operatua et expauit ⁊

Quia defecimus in ira tua · & in furore tuo turbati sumus ⁊

Posuisti iniquitates nrās in conspectu tuo · sdm nrm in lumination uultus tui ⁊

Quoniam omnes dies nostri defecerunt · ÷ & : in ira tua defecimus ⁊

Anni nostri sicut aranea meditabuntur · dies annorū nostrorum in ipsis septuaginta annis ⁊

Si autem in potentatibus octoginta anni · & amplius eorum labor & dolor ⁊

Quoniam superuenit mansuetudo · & corripiemur ⁊

Quis nouit potestatem ire tuę · & pre timore tuo iram tuam dinumerare ⁊

Posuisti · hoc est nihil te latet · de peccatis nostris ⁊ sæculum nostrum in illuminatione · quæ scilicet ut delinquimus · in dictam sustinuimus ⁊

Aranea est animal debile actenuissima · quod transeuntibus muscis · adescam sibi præparandam quaedam retia dolose contexit ⁊ sic quisceleratis operibus dediti sunt · In manibus et sub dolis machinationibus occupantur ⁊ Aranea dicta · quod sit arida nimisque subtilis ⁊ meditabantur · non operabantur ⁊ quoniam sub nullo fructu operum · sed mani meditatione uixerunt ⁊

Superuenit autem mansuetudo · id est ihs xps · nosque corripit et emendat · et testamenta eius implere festinamus ⁊